



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Gvdwalvs Episcopvs In Monte Blandinio iuxta Ganduum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## G E R V I N V S A B B A S

*Aldenburgi.*

17. Apr. **A**bbas secundus Aldenburgen sis in Flandria fuit, Romanam & alia sancta loca inuisit, annis quadarginta a carnibus abstinuit. Abbat ali demum dignitate abdicata in Wasiam ad syluam Cosfort secessit, vbi ædificato facello anno 1117. viuere desijt. Vitam eius scripsit Hariulphus in Abbatiali regimine successor. Fuit natione Flandrensis bis Ierosolymam ex ardore fidei adiit. Vixit in monasterio S. Winnoci, vbi ad Presbyteri gradum sub Teruanensis Episcopo ascendit. Implorauit etiam sancti Nicolai ope m, cum eum negotiatores Barum transtulerant. Abbatialis curæ benedictionem Gandau i accepit a Lamberto Tornacensi Episcopo. Damoniacos & Lunaticos saepe sanauit. In prophetia clarus erat, munera potentum, qui iniquitate præualebant, accipi non sinebat. Ita Molanus ex eodem Hariulpho, & libro obitum Ecclesiarum Aldenburgen sis.

## G V D W A L V S E P I S C C V S

*In Monte Blandinio iuxta Gandavum.*

6. Junij. **G**udwalus sancti Blandinio Archiepiscopi & Confessoris. Qui in Britannia Archiepiscopus fuit, sed relicto Episcopatu secessit in monasterium suæ dioecesis, vbi ad centum octoginta octo discipulos collegit, cuimque loci angustia ægerè sufficeret, in hæreditate Meuoli construxit aliud monasterium adhuc viuens multis & stupendis claruit miraculis, quæ in historia eius leguntur.

Postea



Postea à barbaris Britanniam incursantibus, fratres Monasterij, sacrum corpus, multis coruscans miraculis in Franciam pertulerunt; & Arnulphus Flandriæ Marchio ex auctoritate Episcopi per reuerendum & sanctum Abbatem Gerardum, curauit transferri Ganduum ad Monasterium beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, quod Blandinium dicitur, cuius translationis anima memoria sit tertio nonas Decembr. Colitur etiam octauo Kalendas Martij alia corporis translatio. Ita Molanus ex Flandriæ Annalibus & historia à Surio edita.

## GODELEVA VIRGO ET MARTYR

*Gestella.*

**S**ecundo lapide ab Ostenda Flandriæ opido (quod trien-  
nalis obsidio nostra ætate nobile fecit) Gestella seu  
Gestella municipium visitur, quo loco B. Godeleua passa  
est. Hæc honoratis parentibus orta fuit in territorio Bolo-  
niensi. Cùm autem ob eximiam vitæ sanctimoniam iuxta  
Flandricum suum nomen Godelieue Deo valde chara es-  
set, maritus Bertulfus nobilis Gestellensis, fraude maligni  
spiritus à tempore nuptiarū acerrimo odio & grauissimis  
iniuriis eā est prosecutus. Vnde tandem fugā sibi consulens,  
parentibus calamitatis suæ historiam exposuit. Hinc pater  
à Balduino Flandriæ Comite petiit, quod iustum erat de-  
cerni. Ille verò causam quia ecclesiastici iuris erat, ad Epi-  
scopum remisit. Vnde Bertulfus tum Antistitis auctorita-  
re, tum Comitis potestate sponsā resumpsit, optima quæ-  
que promittens, sed multa peiora consecuta fui, non enim  
oderat tantum ut prius, sed animum in eius necem obfir-  
mabat. Illa interim se piæ cæteris Flandriæ mulieribus

6. Iulij.

O quæ